

Eadem autem consanguinitas regis Conradi cum stirpe regum Francorum orta fuerit oportet ex matrimonio Erdagi contracto cum Gherburgha, quae appellatur filia regis Illudovicus in Chronico nostro Mscto.

Cod. pag. 532. Et quamvis nomen matris ejus non exprimatur, patet tamen e Chronico nostro Mscto. illam fuisse serenissimam Gherburgh, pronepotem gloriosissimi caesaris Caroli M.

Cod. pag. 604, bei Wedekind No. 46.

Volebat ergo „Francorum populus Oddoni comiti dia-dema regni imponere, qui vero, jam sessus senilibus annis detrectabat imperii onus. Delectus igitur ejus consilio Chuonradus, cuius patris avus filiam regis Illudovicus Gerburgam duxerat, uti Chronicum excitatum resert.

Zu 915:

Cod. pag. 604, bei Wedekind No. 47.

Anno enim 915 item „Ungarii provincias cis et trans Rhenum nostramque Saxoniam depopulabantur, qua barbarorum irruptione etiam Herisordense coenobium eversum, Hirutseldense templum ad Luppiam meritis Idae ducissae clarissimum, spoliatum, nec Corbeiense monasterium mansit illaesum, ipsi (vero) Corbejenses nostri se cum thesauris et suppellectile inter arbores saltus Soligo absconderunt. Dani vastationem Saxonie intulerunt, quibus (vero) Rainbern se fortiter opposuit, eosque ingenti clade prostravit.

Excerpt daraus zum Jahre 915: Braunschweig. Anzeig. 1752, St. 71, S. 140S, bei Wedekind No. 7. Ungarii in Saxonia, devastarunt eam et in primis Herisordiam.

Cod. pag. 604, bei Wedekind No. 47.

Cum eodem anno „Chuonradus“ rex bellum gesserit ad Heresburg contra ducem „Heinricum“ qui vero „eodem Chronicō teste“ copias regis tanta clade caecidit, ut dictum sit „tantus ubi infernus, qui caesos devoret omnes?“ Quibus peractis, ipse rex Chuonradus coacta et congregata omni virtute Francorum venit ad perquirendum „Heinricum“ quem in praesidio urbis, quae Grona dicebatur, latere audiebat. Quare oppugnare illud statuit. Id latius e Chronicō nostro resert Widekindus pag. 636.

Cod. pag. 465. Quemadmodum vero Heinricus copias Conradi regis ad nostrum Eresburgum tanta strage caecidit, ut postea dictum sit: tantus ubi infernus qui caesos devoret omnes? „teste Chronicō nostro Mscto.“

Cod. pag. 465. Patet e Chronicō nostro Mscto. et coactaneo haec evenisse anno 915 (nämlich der Sieg Rainberns über die Dänen; s. eben die Stelle aus Cod. pag. 604).